



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 15. Aliæ res ad trutinam quidem vocatæ, sed rejectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI
A.C. 1554.

spotico subjiceretur imperio, aut forte illa revocaretur ætas, in qua Guilielmus *Domitor* Anglos indigenas suis bonis spoliabat, ea exteris adjudicans: eapropter moderabatur edictum his verbis conceptum, ut Reginæ auctoritas non minus quidem suprema esset, ac Majorum suorum potestas, iisdem tamen circumscriberetur limitibus, cum non ea sit mens, ut Regina Princeps esset a nemine dependens, sed potius impediatur, ne sub obtentu sexus virilis Philippus omnem imperii auctoritatem sibi vendicet.

§. XV.

*Alicæ res ad trutinam quidem vocatæ,
sed rejectæ.*

Burnet l. c.

In eadem Sessione Nortantoniæ Marchio pristinis suis reddebatur dignitatibus, pariterque Dunhelmensis Episcopatus, qui ad exitum nuperi regiminis suppressus fuerat, rursus erigebatur, ac demum sententia, quæ contra Suffolciæ Ducem, ac quinquaginta octo alios postremæ seditionis conscios fuit pronuntiata, confirmabatur. Equidem plures aliæ insuper audiebantur propositiones, vi quarum decantati sex articuli firmarentur, & sententiæ olim adversus Lolardos latæ innovarentur, carnibusque in jejuniis verno vesci per-

mitte

mitteretur: verum suffragia, quæ a Communium, ut vocant, Curia hac super re ferebantur, a Proceribus fuere rejecta, & duntaxat in id communi omnium sententia itum est, quod matrimonii Reginam inter, & Philippum in eundi pacta approbarentur, atque articuli supra relati magis extenderentur. Pariter aliud proponebatur decretum, vi cujus illi, qui conventuum, vel aliarum Societatum nuper suppressarum bona aquisierunt, nequaquam in sua possessione, nec a summo Pontifice, nec a quocunque alio superiore turbentur; Verum hæc propositio minime effectui dabatur: quippe superior Curia duntaxat Communi Senatui pollicebatur, horum bonorum possessoribus pro viribus satisfactum iri. His ita dispositis, Sessiones die vigesima quinta Maji solvebantur, Senatus vero auctoritas, postquam ad Reginæ sententiam matrimonii sui negotium fuerat decisum, usque ad undecimam Novembris diem prorogabatur.

§. XVI.

Oxonienfis disputatio circa Eucharistiam.

Cum Protestantes palam quererentur, quod in nupera disputatione, quæ Londini circa Eucharistiæ quæstiones habebat

Sæc. XVI.
A.C. 1554.

Thuan. l. 13.
num. 2.
Sleid. l. 28.
p. 934.